






DATI AUGUSTINI ELEGANTIOLAE
CUNABULI
5
13



INCU
1
Bibliot
Centr

















AVGVSTINI DATTI SCRIBAE SENENSIS ELEGANTIOLAE FELICITER INCIPIVNT.

c

Redimus iãdudũ a plærisq; uiris etiam disertissimis psuasi:tũ demum artẽ quẽpiam in dicendo nõnullã adipisci:si ueterũ atq; eruditorũ sectatns uestigia optima:sibi quisq; imitãdũ ppo suerit. Neq; enim qui diutius in Ciceronis lectione uersatus sit: nõ esse in dicẽdo & ornatus & copiosus poterit. Nã & horridiora crebrius cõsectati ipsi quoq; aridi:ieiuni:& inculti fiãt:necesse ẽ. Lectitãti igitur mihi Ciceronis uolumina:quẽ eloquẽtiæ parentẽ merito appellauerim:pauca annotatione digna uisa sunt:quibus si utemur uulgarium sermonem aspernati:ad eloquentẽ orationem proximius accedemus. Sed tamen id in primis quisque admonendus sit quod rhetor diligẽtissimus & insignis orator Fabius Quintilianus de orationis partibus dicere consueuit. Neq; enim leges sunt oratoris quadã ueluti immutabili necessitate constitutæ:nec rogationibus ut idem dicebat:nec plebiscitis facta sunt ista præcepta. Sed ut in statuis:picturis:pœmatis cæterisq; in exornanda quoque uiri eloquentis oratione plurimum semper decoris ac uenustatis habuit uarietas. Atque quod dici solet:cauendum:tenendumq; illud est ante omnia:ne ars ulla dicendi:si fieri potest esse uideatur. Hæc igitur lex prima sit commutationis uarietatisq;: quã auditorũ aures nõ difficillime iudicent.



Hoc igitur iacto fũdamento per pauca deinceps scribã amice suauissime quæ & si nõ senp: ut plurimũ tamẽ his rationibus seruãda tibi erunt. Sed iam nostris instituti nascetur exordiũ. Plærũq; enim qui oratoriæ artis flori/bus ac faleratis: ut aiũt: studẽt uerbis: uerbũ cõtra tritã uulgatamque grãmaticorꝝ consuetudinem: quod in cal ce absolutæ orationis locari cõsueuit: id illi potius coap tant in initio: quod omne tibi fiet manifestius exemplo. Scias plenam orationẽ cõstare tribus ptibus: quod sup positũ: ut corꝝ ipsorũ uocabulis utar: quod uerbũ: quod appositũ uocant. Dicũt igit' grãmatici Scipio Africa/nus deleuit Carthaginem. Ornatioris uero eloquii ho/mines cõuerso potius utũtur ordine: Carthaginẽ Sci/pio africanus deleuit. Illi eni Cicero familiariter utitur. P. Lẽtulo. Hi uero. P. Lẽtulo. M. C. familiariter utit'. Quibus plane exẽplis patere arbitror appositũ primũ in oratione: suppositũ mediũ: nouissimũ uero locũ uer/bũ tenere. Sed & siquid ꝑ grãmaticorꝝ more post appo situ situ erit: id initio orationis poni solet: cuius rei exẽ/pla subnectã. Scipio æmilianus euertit numantiã urbẽ opulẽtissimã hispaniæ. Hispaniæ opuletissimã urbẽ nu mantiã Scipio æmilianus euertit. Nõ ignoras esse mul ta genera epistolorꝝ: Epistolarꝝ genera esse multa nõ ig/noras. Lycurgus cõdidit sãctissimas leges lacedæmoni is: Lacedæmoniis leges sãctissimas Lycurgus cõdidit. Multaq; cõsimili ratiõe. Appositũ igit' plærũq; pricipio ponit': suppositũ medio: fine uerbũ. ut Ariopagũ Solõ Salaminus primus cõstituit. Cæterꝝ diuersis & ordini/

bus & locis locãdæ partes sũt pro aurium iudicio quod quidem solo usu comparatur. Iam uero de aduerbiis quæ sunt ueluti adiectiua uerborum dici potest passim ubiuis loci ponenda esse. ubi demum aptius congrue uisa fuerint: modo in principio: modo in fine: modo iter utrunq;. Qua in re diligenti est utendum consilio sed prope uerbum frequentius peruenustam reddunt orationẽ: ut. F. Maximus ãte alios fortiter atq; animose pugnabat. C. Lælius Scipiõe familiariter utebat᷑ Clemẽtissimus Cæsar humaniter ignoscebat. Nũc ad reliqua.

Præpositiones perpulchre inter substantiua atq; adiectiua nomina interiaciuntur: ut ferace in agro: ornatissimo in loco max mas ad res: hãc ob causam: iustis de causis aliaq; huiusmõi cõplura. Nec præpositiões solũ sed alia præterea huiuscemõi. Nũc sumemus exempla. Maxĩa ĩ rem pu. diligẽtia: magna ĩ parẽtes pietas: ĩcredibilis ĩ omnes ciues obseruantia. summa in hospites liberalitas. Atq; etiam inter duos casus pulcherrimũ puta nomina quos duos aliquid cócinne ponitur. Omnia reipublicæ iura constantes militum animi. immania sceleratorum hominum flagitia. Et econuerso etiam constituta ac transposita oratio plurimum exornat: ut huius claritudo uiri: huius quirites auctoritas loci. Venuste etiam plærunque adiectiuum nomen præcedit substantiuum ut tua dignitas: otpima uirtus diuinum ingenium: exquisita doctrina. Magni & enim refert quo loco quæque dictio sita sit. Quod testatur Boecius in his Cõmentariis: quos in Aristotelis librũ

3

conſcripſit. ubi & Ciceronis & Virgilii exempla ponit. Boccii autem ipſius hæc uerba ſunt. Etenim quã tum ad compoſitionem orationis ſpectat maximum differt quo uerba & nomina prædicationis ſuæ ordiẽ ꝓ ferantur. Multum enim intereſt in eo quod ait Cicero. Ad hanc te amentiam natura peperit: uoluntas exercu it: fortuna ſeruauit. Ita dixiſſe: ut dictum eſt: an ita. Ad hanc te amentiam a peperit natura: exercuit uoluntas ſeruauit fortuna. Sic enm minor eſt ſententiæ magni tudo: minuſque in ea lucet id quod ſi ſic componatur eminet: & ſeſe etiã uolẽtibus hominũ auribus a nimiſq; patefacit. Rurſus quũ dicit Virgilius paciq; imponere morẽ potuiſſet ſeruare metrũ ſi ita dixiſſet. Morẽq; im ponere paci ſed eſſet debilior ſonus nec eo actu uerſus tã præclare: nt nũc cõpoſitus duceret. quod idem nõ eſt apud dialecticos. Hæc Boecius: Nunc ad reliqua.

Negatiua dictio apte i calce orõnis ponit: ut præſtã tiorẽ te uidi neminẽ. Scipiõe clariorẽ ĩ bellicis laudibus ĩueniẽs neminẽ. Tua erga me beniuolẽtia tuo ĩ me aĩo gratius ẽ nihil. Qui te ardentius amet: habes neminẽ.

Sed poſſeſſor ãtequã poſſeſſio. Optimi uiri diuitiæ. Præſtãtis uiri uirtus. Prudentiſſimi hominis cõſilium.

Quid uero pulchrius: quam ſi pro gerundiis: quæ ſic appellant: utemur gerundiuis nominibus. Attritũ eſt id Priſciani exemplum. Veni cauſa amandi uir/ tutem: Veni amandæ uirtutis cauſa. Gratia gerendi bella: gerendorum bellorum gratia. Ad amplexan/ dam uirtutem: Magis quam ad amplexandum uir

tutẽ: quæ una præceptio optima ẽ: crebraq; apud Marcũ Tulliũ aliosq; eloquẽtes uiros fuit semper obseruatio Nunc autem multa conficiam: quæ si diligenter aduerteris: haud parum latino ornatoq; conducent eloquio: sed id mihi in primis animaduertẽdum uidetur: ut quũ tria fuerint. antecedens: consequens: & eorum medium relatiuum nomen: si sit id consequens uel hominis uel rei cuiuspiam proprium nomen: tum relatiuum consequenti semper congruat: alioquin non latina oratio fit: sed a doctissimorum hominum consuetudine aliena. Alias potest cum alterutro conuenire: si non consequatur proprium nomen. Quam rem facile exempla declarãt & priscorum auctoritates complures. M. Cicero primo tusculanarum quæstionum. Studio sapientiæ: quæ philosophia dicitur. & sexto de republica. Consilia cœtusq; hominũ iure sociati: quæ ciuitates appellantur Atque iterum ex illis sempiternis ignibus: quæ uos sydera & stellas nuncupatis. Salustii quoque illud tritum est: Est locus in carcere: quod tullianum appellatur. innumerabilia ĩ uetustis codicibus id genus inuenies. Nec id grammaticæ artis uitium est quod quidem ignari litterarum arbitrãtur. Sed & nos adhuc aliquid exemplorum afferamus. Præclarum est opus Ciceronis: qui Cato maior dicitur. nam quod Cato maior dicitur: non latine profertur: consimiliterque urbis uisceribus cõsulẽdũ ẽ: qui sũt ciues. pditi uiri ex urbibus pellẽdi sũt: quæ est & ciuitatũ pnicies: & sẽtina dedecoris. Plærũq; igit relatiuũ nomẽ cũ eo cõcors ẽ qđ sequit. Illud

inspectãdũ ẽ. nã quũ tria existent: quorũ unum relatiuũ nomen sit frequẽtissime eorꝫ duo ĩ eiusdẽ casus exitu cõ ueniũt. nã ut exẽpli cã dicã aliquid si quis hũc sermonẽ ꝓtulerit Liber ĩ quo de uirtute agit̃ præclarus ẽ: rectius atq; ornatius dixerit. In quo libro de uirtute agit̃ præclarus ẽ. Cõcordãt nãq; eo casu ex tribus duo illa: quæ maiori cõcinnitate iuncta sunt. Aliud iterũ exemplum huic sermoni sit. Quas misisti litteras ad me iocundæ fuerũt Sermonem quem audistis non est meus. Quam existimas Demosthenis orationem. Aeschinis ẽ. Atq; huius sermonis crebrum inuenire poteris apud ueteres usum M. Tulius primo de officiis. Quorum autem officiorꝫ præcepta traduntur ea quãquã pertinent ad finem bonorum. Vir. Maro in æneide. Vrbem quam statuo uestra est. Terentius in Andria. Post hac quas faciet de integro comœdias spectandæ an exigendæ sunt nobis prius. Idem. Populo ut placerent quas fecisset fabulas. Idem: Quas credis esse has: nõ sunt ueræ nuptiæ. Atq; eiusmodi sermo plurimum exornat.

Id quoq; annotatu dignissimũ est: ut quũ positiua uelimus augere nomina: his p præpositũ accedat Cicero in epistola ad Curionẽ. Carus æquæ sis & periucũdus: ac fuisti patri Idẽ de oratore ĩ prio: pbeati. quite illi uideri solẽt. Terẽtius ĩ eunucho. ppulchra uero dona haud nostris simillima. nã pgratũ ualde gratũ significat: & ĩ oratiõe lepide psonat At suplatiuis multo lõge. & quã aduerbia præponimus idq; sæpenumero ppulchrũ uideri solet ut lõge amãtissimus nostri. Multo omniũ fortuna

tissimus: & ago tibi q̃ maximas gratias.

Cõparatiuis uero uel multo uel lõge præponi solet: ut iusticia multo præest cæteris uirtutibus. & Socrates lõge aliis philosophis sapiẽtior. Illud nequaquã omiserimus: Quũ enĩ noia quæpiã sunt ꝑfecta a græcis ternæ flexiõis: & obliquos casus habẽtia quæ rectũ superẽt: latini oratores frequẽtissime casibus illoꝝ quibusdã ĩmutatis fingũt aliaꝝ declinationũ nomĩa: & genus seruãt: qualia pœmatũ: enthimematũ: delphinus: elephãtus: & lãpada existũt: quæ a plærisq; tertia flexione ꝓferũtur pœma: enthimema: delphin: elephas lãpas. Hãc tu obseruãtiam diligẽter cõmenda memoriæ.

Quũ autem uolumus ostendere aliquid nobis iocundum: honestum: utile esse: tum datiuis cũ uerbo utimur sum es est: substantiuorũ quorum illa adiectiua sunt. nam ne ab exemplis discedã: quid aliud significat. hæc res mihi iocũditati est: quam hæc res est mihi iocunda. Idemque ipsum. Tuæ mihi litteræ fuerũt gaudio: quod est ad gaudium: uel gaudium mihi attulerunt: Leges dignitati sunt reipublicæ. Præclara urbis ædificata ciuibus decori sunt: idest decus pariunt ciuibus. Vitia dedecori sunt hominibus: idest dedecus pariunt hominibus deque cæteris consimili ratione.

Verbum afficio pulchrũ est: & late patet: nã afficio te uoluptate. idẽ est q̇ tibi affero uoluptatẽ afficio te hõre idẽ ẽ q̇ facio tibi hõrẽ: & hõro te. ꝓbro laudibus: idest te laudo. affic o te ꝓbro. i. te uitupero: afficio te cõmodis. i tibi cõmoda facio. afficio cadauera sepultura. a iiii

5

dicit cadauera sepolio: afficio inimicos iniuria. idem est quod facio iniuriam inimicis. Atq; similiter afficior dolore: idem est quod doleo: afficior gaudio: idem ē quod gaudeo. afficior uerecundia: idem est quod uerecundor Latissimaq; est huius uerbi usurpatio. Nec tamen latet me afficere significare disponere hincq; est Plinii illud. uiuā magis uox afficit. Neq; enim sine optimis causis tam lata tāq; diffusa sit huius uerbi significatio. sed de hoc satis. Non est autem ignorandum q; si duo aut plura duobus: quod p raro usu euēit: se illa pariter se habuerint: utriq; tum dictionē præponimus quod liqueat ex emplo. Par est in. C. Lælio doctrina & uirtus quantaq; est eius uiri ꝓbitas: tanta quoque est rerū scientia. Tunc splendide ac recte dixerim. C. Lælius uir tum doctus tū probus. Itidem quæ magna est in. C. Lælio uirtus: tum etiā doctrina rerum. C. Lælius plurimū. tū laude: tū rerū sciētia ualet. Themistocles tum cōsilio pollet in urbanis rebus: tū in bellicis negotiis uiribus atq; animi magnitudīe floret. Sic. n. tātū ostēdi esse in rebus urbanis cōsiliū. quātā in bellicis magnitudinē animi quod tū geminatū posit ū est. Sed eandē quoq; uim habet geminata & cōiunctiua. Virgilius in æneide. Aeneas est & terris iactatus & alto. Idem profecto significat: Aeneas tū pelagi: tū terra: tū labores perpessus ē: Africanus itē singularis & uir īpator Idē sibi uult: & Africanus magnus extitit: tū uir: tū īpator Quod si duo cōtra neq̄quā paria sunt: sed alterꝫ minus cōplectit: alterū uero magis: ita efficiendū est: ut quod leuius existat collocemus prius

atq; ei cum dictionem præponamus quod autem graui us ualidiusque: id posterius positũ: tum dictio præcedit qđ patefaciemus exẽplis. C. Lælius amat Scipionẽ: pro pterea ꝙ eum doctũ cognouit hominẽ: & insuper uirũ optimũ: quod postremũ ad amorẽ uehemẽter impellit: quare ita est oratio instituenda. C. Lælius amat Scipio nem: cum ob doctrinam eius: tum propter uirtutem. Ita uirtus in hac beniuolentia plus momenti habet. quam doctrina. Atq; si ita dixerim cum omnes fortu/ nati sunt qui bene uiuunt. tum perbeati: quia deserunt & uirtutem solam complectuntur. Hos nanq; posteri/ ores multo esse beatiores constat: si quis superius mo/ do allatam præceptionem intellexerit. Hoc. M. Cicero ĩ primis freq̃uẽter usurpat. Ex quo illud cũ omnibus cõ sulẽdũ ẽ: cũ his maxĩe: qui armis depositis ad ĩperatori am fidẽ cõfugiũt. Significat eni cõfugiẽtibus ad impe/ ratores: & sese dedẽtibus: multo magis cõsulendũ esse: atq; ĩ catone maiore mirari sese aiebat Scæuola. M. Ca tonis cũ cæterarũ reꝝ pfectã sapientiã tũ ꝙ nũquã illi fu erit senectus grauis. Sed hac de re satis. Iam uero expli candũ est qua ratione quãpiã personã aut laudari aut ui tuperari oporteat: quod ad decorẽ sermonis pertineat. Nam id trifariam posse fieri comperimus ex monumen tis litterarum. Si ergo uelim ostendere Marcũ catonem habere magnam uirtutem cum uerbo sum es est: ita cõ modissime fiet. M. Cato uir est magnæ uirtutis. M. ca to uir est magna uirtute. M. cato uir ẽ magnus uirtute Plato philosophus fuit præstans ingenio: uel præstãtis

6

ingenii. uel præstãti ingenio. Mulier ẽ clara moribus: clarorum morũ: claris moribus. Vir egregius laude: egregiæ laudis: & egregia laude. Sed illud prius magis pœtarũ est: postremũ uero splẽdidũ ac perpolitũ. Aristoteles scientiæ copia: philosophus exquisita doctrina: uir acerrimo ingenio: quod quidẽ ut disertissimus Priscianus inquit: significat Aristotelẽ habere sciẽtiæ copiã & q habeat exquisitã doctrinã: cæteraq; cõsimili ratione. quod quidẽ Au. Gelius sẽtire uidetur in noctibus atticis: Est eim uelut defectio quædã. sed ea trita usurpataq; ab eloquẽtissimis uiris: & clarissimis oratoribus. qua & nobis quoq; utẽdũ est. At qui participiorũ tũ accusatiui casus sæpe: tum ablatiui locũ tenent in initiui uerbi. Hinc illud salustianũ. Nam & priusquã incipias cõsulto: & ubi cõsulueris mature facto opus est. Et Terẽtiana Misis Glyceriũ alloquẽs amicã Pãphili. Vbi erit inuẽtũ iquit tibi curabo: & mecũ adductum. Iam iã inquit inuẽtũ curabo: & adductum tuum pamphilum. Omnia nanq; illa consulto facto inuentum adductum: consulere facere inuenire adducere designant. Verum frequẽter orationibus his oratores ablatiuorum casuum utuntur: accusatiuorum perraro. Et quoniam de nomine: quod ẽ opus attulimus mentionem intelligendum est. Opus est mihi hac re: significat me agere hac re: sed id uariis casibus iungi solet. Nam etiam opus est mihi tua opera nominatiui casus: & tuæ operæ: & tuam operam: & tua opera dicimus. sed hoc postremum ornatius est & totum oratorium: & cæteris rationibus pœtæ potius

historicique utũtur. Nos autem quædam præcipimus ut cognoscamus a ueteribus usurpata: iisdéq; utamur quædã uero ut cognoscamus solum. nam opus ẽ mihi hanc rem nunquam orator dicat.

Quid illud? nóne pulcherrimũ ẽ: ut quũ duo nomia alterũ adiectiuũ: substantiuũ alterum eosdem casus exi tu proferri debeant: ut sæpe creberrimeq; quodãmodo tertiã adiectiui nominis uocẽ quæ est neutra i uim sub stantiuã transferamus: & substantiuũ id prius genitiuo casu locemus quod ut frequens est eruditis ac disertis uiris: ita quoq; erit exẽplo manifestũ. Nã quum multã uirtutem dicturus sum. si multũ uirtutis loco eius ora tionis posuero: multo protulerim uenustius: multum enim pecuniæ significat multam pecuniam. plurimũ uirium plurimas uires. Quid animi. quis animus. quid rei quæ res. quid causæ. quæ causa. aliaque itẽ ꝑmulta sed animaduertendũ est. nam si genitiuus ille casus fue rit singularis totã item orationẽ singulariter exponere debemus si pluralis pluraliter. Nanq; exẽpli causa mul tum pecuniæ: multã pecuniam significat singulari nu/ mero At contra multum pecuniarum significat multas Similisque est aliorum ratio. ut multum roboris singu larem: plurimũ uirium autem pluralem quoque habet significationem. Et aduerbia quoq; nonnulla uim ean/ dem retinent præsertim uero duo hæc. parum & satis. Nam parum sapientiæ est parua sapiẽtia: satis uiriũ suf ficiẽtes uires & nihil quoq; siue nomẽ siue aduerbiũ sit

7

in eandẽ sæpe obseruantiã cadit. Hæc igitur hactenus

Quoniam autem singula hæc fere inuestigamus id quoq; dignum cognitione est: ut quum duo memineri/mus substantiua nomina: quorum utriq; idem epithetõ adiiciendum sit. ut adiectiuũ ipsum primo collocemus cũ sequentibus substantiuis uel tũ geminatũ uel dupli/catum & præponamus. exempli causa afferuntur Cice ronis uerba. Africanus singularis & uir & imperator: q͂ est. Africanus singularis uir & singularis impator. Pro pter magnam & doctoris auctoritatem & urbis: quod est propter auctoritatem magnam urbis: & propter au ctoritatẽ doctoris. præclarus & miles & ciuis Illustris tum uir: tũ philosophus. Optimus tum patriæ defẽsor tũ gubernator. Iustus & re & iudex. Cosimiliaque eo modo se habent. Sed & sæpenumero cõtra eodem or/dine uni substantiuo præposito duo adiectiua aut plura deseruiũt. exẽpla sũt: quæ nũc cõstituã. Vir tũ bonus: tum etiam temperãs. Imperator & calidus & fortis. Iu dex & integer & solers. Ornamẽta ciuitatis tum multa um præclara. Alia tu ipse cõiecta.

Nõnũquã & duo substãtiua ita se habẽt: ut alterum uim suã ubiq; cõseruet ac tueatur: alte℞ quasi quẽdam obtineat adiectiui nominis locũ: & eius fungat̃ officio Quale ẽ Virgilianũ illud ĩ prĩo æneid. Molẽq;. & mõ tes insup altos ĩposuit. ac si dicat: molestos mõtes ĩposu it. Cauẽdũ ẽ ne ab honestate naturaq; discedamus. per inde ac si dixerit a naturali honestate discedamus. Sat hæc sũt tibi nota. sed ne q̃si historiã texẽs dicẽdo℞ seriẽ

nectam: ita quæq; patefecerim: ut sese mihi forte quadam obtulerint.

Cæterũ nõ ignoras: ut ipse arbitror. extrema supina plerũq; ornate ac puenuste significare gerũdia accusatiui casus adiectiõe præposita. ut res difficilis creditu. i. ad credẽdũ. mirabilis uisu: ad uidẽdũ iocũda auditu ad audiẽdũ. suauis gustu: ad gustãdũ. pmultaq; consimili ac pari modo sese habẽt Nec id te amice lateat: ut quũ fuerit suplatiuũ quodpiã durius asperiusq; & suplatiue significãdũ sit ut p suplatiuo positiuũ efferamus: & ei suplatiuũ aptũ apponamus aduerbiũ Nã maxĩe memorabile facinus: est memorabilissimum facinus maxime rarum genus hominum. est rarissimum genus hominum: Sed & admodum & in primis positiuis adiuncta uim ferme eandem retinent.

Id autem nequaquã silentio præterierim: ut siquem qui uirtutẽ habeat: uelim mediocriter laudare. dicã exẽpli causa. Pericles uirtute præstas princeps erat athenis uel q multa præclara gesserit Temistocles rebus gestis floruit. Si uelim uehemẽter ac plurimũ laudare: adiiciã gloriã siue laudẽ: & causam laudatiõis casu genitiuo cõstitutã. Pericles. ut iisdẽ exẽplis agã: uirtutis gloria præstãs athenis claruit. Themistocles gestarũ rerum laude emicuit. Sicq;. M. Antonius præstabat eloquẽtia: mediocriter laudatur ac fere exiliter. L. Crassus eloquentiæ gloria excelluit: uehemẽtissime laudatur Sed tu pro tui ingenii bonitate cætera deducito.

Quotiens nomina: ut ipse quoq; testatur gram



8

maticus Seruius: pluralis & singularis numeri connectuntur. respondemus uiciniori. Virgilius primo Aeneidos: Hic illius arma: hic currus fuit: non autem fuerũt Terentius in andria. Amantium iræ reintegratio amoris est. Xenophon deliciæ meæ sunt hostes eorumq; exercitus properabat. Atq; ira frequẽtius obseruatur. Idẽ in diuersis generibus. nam siue masculinum siue fœminum est uiciniori respondemus: ut uir ac mulier optima uenit: intelligitur nãq; optimũ esse uirũ: & optimã mulierẽ. quæ uenerit. Verũ si plurali numero uelimus uti ad masculinum transire necesse est: ut uiri & mulieres læti properant. Operæprecium est quod peruenustum est: significat modo utile esse: modo necessarium: modo iocundum: modo laudabile. Atq; his significationibus id nominis ueteres usurpabant.

Frui quapiam re est fructum siue utilitatem uel uoluptatem præcipere ex ea re: ut quũ dixerim: quis ocio fruitur. Præ se ferre aliquid est uerbis aut idiciis quibusdam id ostendere: & quodãmodo cõfiteri. M. Cato præ se fert grauitatem. Hilaritatem præ se fert Lælius Rationem habere est respu. habere sed ut planius exponam habere rationem alicuius rei est rem considerare: ut habere rationem temporis: personarũ: loci est enim ea omnia ratione complecti: & considerare:

Hanc rem mente animo ue complector: idest hanc rem considero: & uoluto i anĩo significat i animo habeo & animus mihi est: & uolo. Certum est mihi est deliberaui. & decreui. Prosequor te laude est te laudo. prose

quor te honore est te honoro: psequor te pbro est te uitupero. Benemeritus sum de republica: est beneficiũ in illam cõtuli: Benemereri de amicis est conferre in amicos beneficia. Atq; pro ita. Ac. uel atq; p ut: uel qornatissime ponũtur. Exemplũ est: æque te laudo atq; Ciceronẽ idest te sicut Ciceronẽ. Haud p non. Secus p aliter in eadẽ oratione uenuste ac cõcinne se habent: ut haud secus sentio atq; tu. idest ita sentio sicut tu. Nonnunq̃ & perpulchre cõparatiua p positiuis ponũtur: ut Alexander macedo habebat corpus imbecillius: quod imbecille significat. Satyri in scelera uehementius inuehũtur: quod est uehementer.

Do tibi hanc rẽ uitio: idest uitupero te de hac re. Do crimini est criminor. Do laudi est laudo. Sed ne illud quidẽ negligendũ est: q subiũctiuus modus p indicatiuo: & illius tẽpora p huius tẽporibus interdũ haud illepide ponũtur: ut uelim p uolo: & gererẽ p gerebam. Dilexerim pro dilexi. Fecissem p fecerã: Gratũ fuerit p gratũ erit. Feceris p facies.

Id omnium multo ornatissimum: si oportunis locis agatur: quod ubi factitãdum sit: peritorũ aures facile cẽsebunt: quãobrem exercitatio adhibẽda est non mediocris: quæ omniũ magistro℞ p æcepta superat. q siquis nouerit græcas litteras: ei quod modo explicatũ est: nõ difficile psuadetur.

Partim hominũ uenerũt psæpe dicit etiã. A. Gellio teste: & est idẽ q pars hominũ. idest quidã homines nã partim hoc in loco aduerbiũ est: neq; ĩclinatur in casus

9

ſicut:& cũ partim hominũ dici poteſt.i. cũ quibuſdam hominibus:& quaſi quadã parte hominũ. ſed hoc tũ ſplẽdidius ẽ:quũ in oratione iterũ fuerit additũ: ut i lud .M. Tullii i epiſtolis. Nã qui iſtinc ueniũt partim te ſuperbũ eſſe dicunt:q nihil reſpondeas:partim contumelioſum:q male reſpõdeas:& qui ciuitatibus præſunt: partim nobiles ſunt:partim populares. quod eſt aliqui nobiles ſunt:aliqui populares.

Id etiã optimum cognitu:quod dicimus quiſq; eſt unus numero denario:ſicut milleſimus quiſq; ẽ unus ex numero millenario.hĩc illud Cæſaris in cõmentariis Legione pducta cognoſcit nõ decimum quẽq eſſe reliquũ militẽ: ſine uulnere:quo exẽplo uti ppulchrũ eſt. Quotus qſq; hõ.i.quot homines:quotus quiſq; miles ideſt quot milites.

Perq una dictio dũtaxat pulcherrĩe poſitiuis iũgit̃ nominibus:ut pq doctus philoſophus:pq comis amicus

Quid illud: nuuquid lepidiſſime uſurpamus in oratione alias: quod locum modo aduerbii obtineat. Quale eſſet ſi quis dicat:Omnes homines eodem ſunt ferme nati ingenio:alias quidem rident: alias uero lachrymant. omnes item ciues alias boni:alias mali:nũquã iiſdem ſunt moribus. Marcus Antonius iuit iu caſtra:multifariam dicitur. Marcus Antonius caſtra peti uit:in caſtra pfectus eſt:ſed ad caſtra contulit:ſe ad caſtra recepit:ſe ad caſtra perduxit. Hic habet uiginti annos:quod ueterum conſuetudine dicitur contra pedagogicam opinionem. aliis quoq; rationibus dicitur.

hic uigesimũ annũ agit: degit uigesimũ ætatis annũ: & uiginti annos natus. Sed hoc postremũ magis oratori congruit.

Cicero laborat in eloquẽtia: Cicero operã ĩ eloquẽtia cõfert. Cicero dat eloquẽtiæ operã: Cicero tẽpus in eloquẽtia cõterit: Cicero ætatem in eloquẽtia cõsumit. In studiũ incũbit eloquẽtiæ: & alias deduc ꝓ tuo iudicio.

Habeo hanc rẽ in memoria nõ minus usitate dicit᷑: sed habeo siue teneo hãc rẽ memoriæ: teneo hãc rẽ memoria: huius rei memoriã habeo.

Obliuiscor uoluptatis uel cuiuscũqꝫ alteriu s rei: uoluptatis me capit obliuio: amicorũ me capit obliuio. Et idẽ uerbũ cũ cæteris nõibus iũctũ diuersa significat cõsimili ordine: ut capit me s..cietas ciuitatis: & capit me hominum odium.

Virgilius rus incolit: ciuitatem habitat.

Perpulchre dicitur teneo siue contineo: ut Virgilius Ruri se continet: tenet sese in urbe.

Si qs uelit ostẽdere aliquã rẽ aliã ãtecellere: & ultra illã ualere: uenuste dicit᷑: uel p accusatiuũ præposita præter: uel cũ ablatiuo præposita præ: ut C Cæsar ultra alios pollebat rebus bellicis pulcherrie dicit᷑. C Cæsar præter cæteros rebus bellicis pollebat: uel præ cæteris.

Lælius habet faciles muros: uel facilem naturam. Sed ornatius dicitur: Lælius est leni ingenio natus: facili natus ingenio: uel facilimis moribus: Scipio natus est tristi ingenio: & de reliquis consimiliter.

Valeo & polleo uerba sunt splendida: & latissime

10

patent: & ablatiuo casui cõiungũtur hoc pacto: Aureli us Augustinus plurimũ ingenio ualuit. Milo corporis uiribus plurimũ ualuit. Hippocrates ingenii bonitate: Mithridates memoria. Marcus Cato in ciuitate pluri/mũ auctoritate pollebat. Et Clareo & Floreo eadem fer me ratione se habent. Ego apud diuũ Cæsarẽ multum siue possum siue ualeo. Ornatus ac splẽdidus dicitur. Apud diuũ Cæsarẽ plurimũ mea ualet auctoritas. Hortẽsius plurimũ potest in senatu Ornatius. Multũ Hortẽsii in senatu auctoritas ualet: quæ potissimũ eã significat opinionem: quæ est apud homĩes de alicuius uiri præstãtia: quæ uulgo ac trita cõsuetudine reputatio nũcupatur. Cæterũ id perbellũ est: Est mihi apud te fides: idest tu adhibes mihi fidẽ: quod accuratius aduertendum est. nam plærunq; solet sum es est datiuo iunctũ significare habere. & quodãmodo possidere: ut ẽ mihi pecunia: est Cæsari magna potestas. illud significat me pecuniã habere: hoc uero Cæsarẽ magnã potestatẽ: cu/ius constructionis crebra apud priscos & disertos uiros obseruatio est. Ego recordor hanc rẽ potius q̃ huius rei dicitur. ac idem dicitur. Huius rei subiit mihi recorda/tio. Hæc res mihi in mentem uenit: sed magis ꝓprie in mẽtẽ uenit: uel mihi occurrit: uel mihi succurrit: quod postremũ minus usitate dicitur.

Præsto & antecello: quæ uenuste personant uerba aliquando datiuo: aliquando etiam accusatiuo pul/cherrime iunguntur cum accessione ablatiuorum eius rei: cuius ẽ præstantia: ut præsto tibi acumine ingenii.

Sæpenumero frequētatiua uerba: quæ appellantur: primitiuorū uerborum: a quibus originem traxerūt: significationē retinēt: præsertim si illa prima asperiora fuerint: ut cōiecto ꝓ cōiicio: māsito ꝓmaneo: imperito ꝓ impero: āplexor ꝓ āplector: & alia item pene innumerabilia: si quādo uerbi asperitas ulla cōtingat: quod eruditorū iudicio derelinquimus.

De uerbis adiecta præpositio ꝑsæpe ꝯtrariā mutat significationē: ut precor & deprecor ꝯtraria sūt: hortor & dehortor: nōnūquā dis efficit idē: ut suadeo & dissuadeo q̄uis in iisdē uerbis nōnūq̄ auget ꝑ potius q̄ ui cōmutet

Ex & per composite uehementer amplificant: ut exoro: quod ab ex & oro deductum est: significat impetro. Terentius in andria: Gnatam ut decoro uixq; id exoro Sicq; suadeo significat orationis officium: quod est benedico. At ꝑsuadeo benedixisse significat: quod est oratoris finis: idest impetro atq; obtineo. unde & crebro non solū suadeo: sed etiā persuadeo.

Facio & ꝑficio explorata sunt.

Plurimū etiam orationē ac sermonē exornat aduersatio modo quaquā aduersatiua indicatiuo coniungatur: quod ubique. M. Cicero seruauit: aliique doctissimi. Sed huius exemplum sit: quāquā te ante hac diligebā: nūc tamē ob singularē uirtutē tuam uehementer admiror. nā tria sunt quæ quōdā sibiinuicē ordine coniunguntur: quorum prius ac leuius est diligo: postremum admiror. quod uehemens ac præcipuum est: & eoꝝ medium obseruo: quod est uereor. & colo b

11

ex quo obseruãtia reuerentiã significat. Sed iterℷ aliud e emplũ. Quãquã mihi sunt omniũ amicorũ iocundæ litteræ: tuæ tamen iocundissimæ fuere. Sed & quãuis raro collocamus: ut quãuis mihi ante hac carus eras: sed nunc profecto es carissimns.

Ad hoc illa duo orationẽ ꝑuenustã reddũt sibiinui/cẽ respõdentia: quorℷ alterℷ est nõ solũ: siue non modo: seu nõ tantũ. alterℷ est sed etiã: uel uerũ etiã: uel loco etiam posita quoq;: & aliquibus ĩteriectis: quorℷ exempla subnectã. Hæc mihi res nõ solũ grata ẽ: sed etiã iocunda. M. Antonius nõ modo erat Ciceronis inimicus: uerũ etiã hostis patriæ. Cato non tantũ ingenio ualebat: sed uirtute quoq; florebat plurimũ. Alexãder nõ solum reliquũ orbẽ subegit: uerũetiã & ipsum quoq; Romanũ imperiũ cogitabat attigere. Et tã & quã quoq; sibi respõdẽt: ut tã cara mihi patria ẽ: quã tibi iocunda uita. Sed facile tu hæc ĩtelliges. Pro eo aũt ꝙ cæteri exprimere cõsueuerũt ꝓ nõibus addẽtes uel te uel met syllabicas adiectiões. Cicero potius idẽ efficit hoc ꝓnoĩe ipse ipsa ipsũ & illorℷ uere adiectionũ locũ obtiet: vt egoipse magis quã egomet: tuiipse illeipse: nosipsi uosipsi: illiipsi: ut nũquã secus dicendũ sit. Tu mihi familiaris es: ego te familiariter utor. Tu mihi amicus es: ego te amico utor. Tu mihi magister es: ego te magistro utor. ego tecum freq̃ẽter uersor: frequens mihi tecum est cõsuetudo: quæ sæpe cõuersationẽ significat. Habeo tecum magnã amicitiã: magna tecũ mihi ẽ amicitia. Et itẽ alia ꝑmulta: ut sũt mihi cũ oibus malis uitiis inimicitiæ. n

rectius dixerim inimicitias ĩ plurali nũero quã in singu
lari: sed neutra uox potissimum in comparatiuis nomi
nibus tum fœmininã tum masculinam reddit.
Vt nihil ẽ hoc homĩe melius: fere est idẽ: nullus est hoc
homĩe melior. Nihil hac uirgine ẽ formosius: quasi idẽ
nulla uirgo hac ẽ formosior. & ĩ cæteris aliq̃do similiter

Munus ꝓ officio ornatissime dicitur: ut hoc ẽ amici
munus: idest amici officiũ. Fũgor boni uiri munere fer
me idẽ est ꝙ facio boni uiri officiũ. Sed & ptes ĩ plurali
numero cõsimilẽ habẽt significationẽ: ut meæ ptes sũt
idest officiũ meũ est: uel ptinet ad me. Caueo uerbũ &
si sæpe significat ꝓuideo: ut cautũ ita ẽ lege: pornare ta
mẽ accusatiuo iũctũ ꝓ uiro & fugio usurpãt eloquẽtes:
ut turpes uiri ingenui cauent mores. Atq; & memini
rectius atq; usitatius accusatiuo iũgitur: q̃ genitiuo: ut
memini Platonis sciemtiã: & Virgilius ĩ Bucolicis: Nu
meros memini si uerba tenerẽ. nec mirum si in his quæ
sunt potius oratiõis solutæ. Virgilii Maronis afferã te
stimoniũ: quẽ nõ solũ pœtã egregie eruditũ: sed etiam
rhetoricæ ãrtis ubiq; obseruatissimũ fuisse cõstat.

Pœnitet me quid significet notissimũ est: sed & pro
parũ uidet̃ usurpãt oratores & præstãtes doctrina uiri.
Vaco ꝑsæpe uerbũ uariis constrnctionibus positũ: aut
eandẽ retinet significationis uim: ut Vaco huic rei: est
attendo huic rei: sed uaco hac re: est hac re sum uacuus
& id ornatissimũ est: ut boni uiri dãt operã ut pturbati
oĩbus uacent: idest liberi & uacui sint.
Aniũaduerto fere idẽ ẽ ꝙ uideo: & quodãmodo b ii

itelligo. At animaduerto cum accusatiuo cõstructũ in præposita idem sibi uult quod punitio: ut Speusippus animaduertit in seruũ Platonis: ex quo an maduersio punitionem quãdam nõnunquã significat.

Atq; itẽ Refero tibi hãc rẽ: est tibi narro hanc rẽ. Sed refero ad senatũ: refero ad populũ hãc rẽ. est pono hanc rẽ in cõsultatione uel populi uel senatus qui usus uerbi huius apud historiarũ scriptores frequẽtissimus est.

Quid uarii quoq; casus eidem uerbo sæpe iũcti: nõne magna hac lõge diuersam uim habẽt: quale sit. Do Bibulo ad Cæsarẽ litteras. nã dantur Bibulo deferenti: ut Cæsari reddat: ad quẽ mittũtur litteræ: eas igit̃ leget Cæsar: B bulus uelut tabellarius quidã defert. Nã qui defert litteras cõsueuit tabellarius appellari. Verum ne quid huius rei ignores: dare lr̃as significat scribere seu mittere illas. Nec te fugiat quod ꝓ epistola dicimus litteras plurali nũero: nec obstat poetaꝶ consuetudo. & ꝓ una epistola dicimus unas litteras. nã id nomen cũ his quæ pluraliter solũ iflectunt̃. pluralẽ quoq; retinet nũerũ: ut unæ nuptiæ: unæ bigæ: una mœnia. Sed ut ad ꝓpositũ redeã, ꝓ duabus epistolis dicimus binas lr̃as: nõ autẽ duas. ꝓ tribus epistolis ternas litteras nõ tres. pro quattuor epistolis quaternas litteras & quæ deinceps sunt consimili ratione.

Infinitiua oratio pro coniunctiua per quam pulchra est: ut uolo te ad me scribere: Cupio te Athenas proficisci. Et illud Terentianum. Quid facere te in hac re uelim. significat enim quid uelim ꝙ tu in hac re facias.

Velim ciues omnes unanimes esse: uelim quod unani- mes sint: & concordes. Sed hoc tibi sit cócinius ubi nullũ sit ambigui sermóis discrimẽ: neq; enim oino rectum sit. si quis dicat. Volo te me amare: quãuis plærunq; id suppositióis locũ habet: quod infinitũ uerbum immediate præcesserit. Vt puto Pyrrhũ romanos uincere posse idest credo q romani possũt Pyrrhum uincere. Sed id ꝑ uiribus caueat orator: & q modo præceptũ erat de cõiũctiua atq; ĩtiniciua orone: præcipue ĩ absolutis uerbis uel ubi alteri casui fuerit adiecta præpositio seruãdũ, sit Ex uel E præpositões pro a uel ad sæpe ornate ponũtur ut audiui ex maioribus nostris ꝓ a maioribus nostris.

Accepi e tuo patre: uel etiam de tuo patre.

Quæro ex te. i. a te: quod est consulo te & interrogo: quod aduerte & usui trade.

Pro ornate ponitur loco in & secundum præpositionibus. ut pro rostris idest in rostris: pro tribunali idest ĩ tribunali. & alia. ꝓ uiribus tuis idest secundũ uires tuas pro tui ingenii bonitate. & pro uirili: & similia.

Sub composita: aut clam. aut diminute significat ut submouit me parmeno: clam atq; oculte. Subirascor tibi: quod est paululum irascor. Morem gerere per ornatum uerbum complacere significat: atq; obsequi ĩde morigerrarum. sed morosus sa sum a moros quod difficile significat: aut a morato, quod est institutum: plurimum differt.

Consequor pro exprimo pulcherrime est. nõ possũ igitur uerbis cõsequi. i. uerbis exprimere. lrĩs

13

consequi idest per litteras explicare. Metuo ac timeo uerba aliquando multis casibus coniunguntur. ut me/tui Cicero a Publio Clod o sibi extremum periculum: timeo mihi abs te mortem . Nonnunquam ponuntur absolute datiuo sibi iuncto: ut metui Pamphilo : Pam/phili uitæ timeo. sed hic est potius poeticus usus.

Euado ꝓ fio & efficior ornatū uisitatūq; ē: ut Cicero euasit eloquētissimus. Aristoteles euasit summus philosophus Cæsar uero inclytus imperator & de aliis quoq; similiter. Fore semper futurā habet significationē: & est idē: quod futuꝝ esse. M. Cicero de oratore. iiii. loquens de Hortensio: quem quidē ego cōfido omibus istis lau/dibus: quas tu oratiōe cōplexus es: excellentiorē fore: & Crassus fore dicit. inquit ego uero esse iam iudico.

Quid inter dimidiū & dimidiatū intersit nosce peruti le est. Quin. n. dimidiatū sit quasi in partes duas diui/sum: nisi aliquid diuisum sit: dimidiatū dici non potest: dimidium uero appellatur: non quod ipsum diuisum sit: sed ꝙ ex dimidiato pars altera est. Non igitur recte quis dixerit prosequentia. M. Varonis ut ait. A. Gelli us in noctibus atticis: dimidium librum legi : dimidiā fabulam audiui: sed dimidiatum librum : & dimidiatā fabulam recte quis dixerit: & dimidiatum quidē exem pli gratia: digitum appellamus: sed alterutram partem dimidium: quod est accurate diligenterq; inspiciēdum Plurimū autem cōducit nobis intelligere: quæ sint no/minum differentiæ ac uerborum discrimina . Nam car quoq; res mirum immodū exornabit: ut siquis nouerit

quid differāt præsum & intersum : inter sese uerba pul cherrie dicat M Cato publicis negociis nō īterfuit solū sed præfuit : quoq; illud significat comitem alicuius rei : hoc uero ducem.

Ego nō solū cōfiteor : quod est p uim : sed etiā ꝓfiteor quod quidē est spōte. Et apud Marcū Tulliū psæpe

Et tibi gratulor mihi gaudeo. nā gaudemus nobis gratulamur aliis. Et tibi ago gratiam quod quidem est uerbis. Refero gratiam : quod est re ac factis. Habeo gratiam : quod est in animo. Debeo gratiā ubi aliqua obligationis uis cernitur : & alias. Item optimū est nō ignorare hominum differentias : ut uberior & ornatior nostra reddatur oratio.

Hæc res mihi conducit : est idē pro mihi hæc res utilis est : & quod cæteri plerunq; dicunt : Dono tibi hanc rē. ut Miles nauali corona donatus est. Sabinos romani ciuitate donarunt : quod est ciues fecerunt : quod itē dicunt. Sabinos romani in ciuitatem acceperunt. Interdum uero Ad præpositio quæ nomini & casui præponitur : pulchrius uenustiusque uerbum præcesserit : in quibusdam uerbis : quale est siquis dicat : Eo ad te : & dicat potius adeo te. & loquor ad te : potius te alloquor. Cedit ex humanis rebus : excedit humanis rebus. Cedit de uita : Decedit de uita : & in aliis quibusdam consimili pacto.

Minus aduerbium quanuis sæpe parum significat : nonnunquā tamen positiuo iniunctum contrariæ significationis comparatiuū demonstrat : ut Terentius

14

phædria. nemo fuit minus: neptus .p. prudentior. & sic. Nemo te mius formosus. i. deformosior: & ita de reliqs.

Quotiens aut multos dies aut annos: decimus per accusatiuum casum iungi: intelligimus tẽporis curriculum: & serre continuum. sed per ablatiuum significatur annorum aliquot siue dierum interiectio intermissioque Quare ut ait Nonius Marcellus. optantes rectius accusatiuo uti debent: siquid ad secundam fortunam attineat. Interest igitur: siquis ita dixerit: Decem annos in re militari uersatus sum. an ita Decem annis rebus bellicis operam dedi. Cordi homo etiã flexibiliter: cordi hominis: Cordi homini: ut priscianus inquit significat iocundus. di. do. sicut frugi. Sed satius mea sentẽtia Marcellus opinatus est. dicit enim cordi est: animo sedet. Nam hæc res est mihi cordi. n. placet Terentius in andria. tibi hæc nuptiæ sunt cordi. M. Cicero de perfecto oratore. Flumen aliis uerborum uolubilitasque cordi est. & Lucilius probe declarat: quum inquit: Et quod tibi magnopere cordis est mihi uehementer displicet.

Tantisper quod quasi est tam diu: ornate post se exposit dum. quod ferme est quod donec: ut illud Terrẽti in heautuotu. Tantisper te dic meum uolo: dum quod te dignum est facies. Ego te tantisper magna uolupta te afficior: dum apud te uiuo.

Tu mihi carus es: Ego te amo. Tu mihi iocũdus es Ego te delector. Sed oblecto & delecto nõ similiter construuntur: nam dicimus delectat me hæc res. sed oblecto me hac re: ut delectat Socratem uitæ integritas

Pyttacus sese uirtute: & doctrina oblectat. & ego me oblecto rurim:

Fero hanc rem patiēter seu patiēti aīmo splēdidus dicitur. Ego hanc rem facile patior.

Modeste fero & moderate. & æquo aīo cōtra signifi/cātia aduerbia grauiter acerbe: ægre moleste iīquo aīo.

Hæc mihi iocunda res est mihi hæc res placet: econtrario molesta est: displicet.

Afferro conmunissimum uerbum est: & quo multis locis uti possimus: ut secunda fortuna affert mihi uo/luptatē in me delectat. Aduersa fortūa affert mihi dolorem idest dolet mihi: nā dicimus hæc res mihi dolet: & doleo hāc rē. Sed redeo unde digressus sum: litteræ tuæ afferunt mihi admirationē. idest efficiūt ut admirer. Affers testimoniū. idest testificaris: & item dispersa ē atq; uaga huius uerbi obseruatio.

Peride ornatissime postulat post se uel ac uel atq;: & utrūq; habēt simul eandē ui: q̄ & tāquā: ut camillus p/inde atq; omniū sapiētissimus: & Chærea pide ac foret eunuchus: de hac re satis hæc dicta sint hactenus.

Coeo nō solū absolutum est. sed nōnūquā puenuste casum habet accusatiuū absq; præpositione. ut coeo societatē tecum. & hinc est illud. A. Gelii in noctibus atticis De Pyrhagora deq; eius consorte quod quisquis familiæ pecuīa æq; habebāt. i mediū dabāt & coibatur societas sepabilis sed eodē Cicero pacto aliquando est eo uerbo usus Mille hominum numero singulari significat mille hoīes ut mille hominum interiit idest mille

homines iterierunt mille militũ uulneratũ ẽ idest mille uulnerati sunt milites: idq; ornatũ atq; usitatũ est.

Primus etiã significat ordinẽ: quod nõmẽ cõsequũt Secũdus & Tertius: & deincep: alia eiusdẽ ordinis nomina tamẽ multotiẽs significat prĩcipalẽ: ut hic est nostræ ciuitatis unus omniũ primus: sæpe significat optimum. sed id postremũ in raro est oratorũ usu.

Interdico tibi hac re & nõ hãc rẽ: ut ĩterdico tibi aq̃ & igni. plinius secũdus ĩ epistolis. Carẽt togæ iure. quibus aqua & igni interdictũ est: nunc uero ad reliqua.

Neq; enim non inuitus omiserimus quod quæ nomina ad numerũ spectant: in eorũ pluralibus genitiuis syncopam efficiamus: idq; cũ usitatũ est: tum ad exornandam orationem pertinet. ut mille nummũ potius quam nũmorum mille denarium mille aureũ tot milia argentum: & ita de reliquis: & id genitiuis nominũ secundæ declinationis frequenter efficiunt. sed ꝓsam scribentes & solutã orationem in nominibus solum numeros & mensuram significantibus. Atq; numerorũ nominibus eam plerũq; seruamus cõsuetudinẽ: ut citra cẽtenariũ numerũ. siquando post uigenariũ duo numeri commemorandi sunt. eorum minor præcedat maior sequatur. ut Hic est unũ & uiginti ãnos natus duos & uiginti annos uiximus. Tres & quadraginta dies nauigaui. Quattuor & quadraginta annorũ cõsumpsi ætatem Sed ultra centenarium & citra uigenarium tritum ac uulgarem seruamus morem: quod est sicut duo de uiginti nõnũquã dicimus: & duo de triginta ita & duo

de uigessimum diem. & duo de trigesimum manifestũ ẽ Sed nõ id quidẽ in frequẽti ẽ oratorꝝ usu.

Quid Indies. nonne pulcherrimus sermo ẽ? At signi ficat ꝑ singulos dies. & quotidie. sed cũ quodã icremẽto ut tua idies crescit uirtus. Indies homines sapiunt Stul torꝝ hominũ indies augescit insania.

In uerbis tã actionẽ quã passionẽ significãtibus cõsi derare debemus uarias uocũ iflexiões atq; exitus & mõ his. modo illis uti ꝓ auꝝ iudicio: ut fuere ꝓ fuerũt. ama runt ꝓ amauerunt. uidere pro uiderũt: uidebere pro ui deberis. norim pro nouerim. & de aliis quoq; eodẽ mõ. Sed nequid fiat contra grammaticæ artis præceptiões ac iura prouidendum est.

Quin ꝑticula quomõ uel icrepet uel exhortet̃. itẽ cõ firmet & quodãmodo iterroget satis exploratũ ẽ. sed ea nos pulcherrime utimur quũ dicimus. Nõ possum qui gestiã. quin admirer: significat enim ferre. Non possum me cõtinere: ut nõ gestiã. Nõ possum me continere: ut nõ doleam. Non possum me continere ut non admirer & ita de cæteris consimilibus.

Quid illud: nonne præclarum est usu. Locus est huic rei. Multum loci est gaudio. Plurimum loci est tranquillitati. Terentius. Et enim Daue nihil loci est segnitie. significant omnia hæc uel oportere nos letari uel tranquillos esse. uel uoluptate affici: uel non negli gentes esse ac segnes: & sic de aliis huiusmodi.

Nonnunquam uero duo nomina sine præpositio ne addita. siue non. unius aduerbii uim retinent. ut

16

Magnope pro ualde:uel maxiopere:uel maxima opera pro plurima. Mirumimmodum pro mirabiliter & item mirandū immodum.

Sed ablatiui casus siue cū cōmertio prepositionis si/ne eo:uim habent aduerbii:ut imprimis : significat eni precipue & id græci dicūt .Atq; aduerbiū ipsū si ita apellandū ē:pornate noibus iūgit: īprimis sapiens imprimis eruditus Sed ne a proposito digrediar paucis īterdum pro paucum multis ꝓ multum utimur Verū hoc alio loco opportunius.

Ille etiam optimus modus ē ut siquis dicturus sit quē piam habere aliquē honorem:seu magistratum:siue im perium ex nomine honoris eiusmodi: & gero ris uerbo: pulcherrimam constituit orationem hoc pacto. Hic est rome consul:Romæ consulem gerit Prætorem gerit:& alia huiusmodi. Ad hos enim uiros rerum cura atq; mi nistratio pertinet.

Pulcherria sermonis ratio:ut gerūdiorū accusatiuis præposita inter significet tēpus impfectū īdicatiui uel subiūctiui mōi uel alterius & dū particula ut īterbulan/dū hostes offendi:hoc ē dumambularē interlegendū ri debas.idest dum legeres & sic pro uarietate psonarū ita exponēdum ē ut ī modo explicauimus:Hic Seruius in bucolicis Virgilii. Interagendū : dum agis ītercœnādū hæc sumlocutus:idest dum cœnarem.

In pro erga & etiam contra pulcherrime est accusa/tio præposita:ut meus in te amor uel animus Mea in te beniuolentia.ubique enim significat erga. Iuuenalis

inuehitur in Dominitianum. Cicero habuit orationem in Catilinam. ibi enim contra significat.

Apprime pro ualde recte apponitur nominibus quẽ admodum de Imprimis superius dictum est. ut uir apprime nobilis.

Res nomen latum diffusumq; est: sed eo pulcherrime utimur adiectiuis nominibus: possessiuis præsertim huiusmodi: ut quũ dicitur res bellica: res domestica: & sic de similibus pariter. Præstolor uerbũ quod poetæ accusatiuo plærũq; iungunt Cicero cõnectit datiuo.

Multa sunt uerba: quibus pro eodem significatione & passiua utimur uoce & acctiua: & ommittam pene inuumerabilia: Cicero frequenter in his duobus modo passiuam modo acctiuam uocem usurpat. Assentior & assentio: ubique eadem constructionis forma. & Impertior: seu impertio. in cæteris autem id fit multo rarius.

Visu uenit ornatissime pro contingit. Vsurpatio & usurpare non ita intelligi debent: ut iurisconsulti dicunt. Sed usurpationem oratores frequẽtem usum uocant: & usurpare usu frequenti habere. Hæc res me deficit: est mihi: deest hæc res: & deficit me dies: uitaquã primum mortales deficit: sed deficit hac re magis poetarum est.

Nunc autem ne ea quæ perutilia sunt: & ornatissima omittamus. Intelligendum est ꝙ quæq; nomĩa tertiæ declinationis tam nominatiuum q̃ genitiuum singularẽ similes habentia: præsertim si genitiuus pluralis n iũ exierit. eoꝝ frequẽter pluralis accculati-

17

us in is terminari solet raro in es ut omnis pro omnes immortalis pro imortales. Similiter ut ipse quoque testatur Priscianus in ns uel in rs terminātia. ut fontis & ptis reliquis rarius id fit: quæ est poetarꝫ uenia.

Quædā aduerbia sunt. quæ epistolis q̄maxīe cōgruunt: sicuti ꝓpediē: quāprimū: ꝓ cito: confesti: & idē postridie: quod multi litterarꝫ ignari. & grāmaticæ artis expertes exponūt post tres dies. sed ne tu eodē ducaris errore crede postridie significare posterodie. & eo pacto. M. Cicero accepit: & alii eruditissimi. At siqs multa referre uelit. ꝓ priore ponat primū uel prio loco utrūqꝫ. n. est ī usu ꝓ secūdo deide uel secūdo loco ꝓ tertio: tū uel prætere a uel tertio loco. ꝓ quarto q̄ praro accidit: ad hæc uel præterea: uel q̄rto loco: in calce: postremū uel postremo & demū. Sit igit̄ huiusmodi exēplū. Tria sunt: quæ mihi magnā uoluptatē afferūt Primū enim quod optimū amicū nactus sum. Deinde autē q̄ singularē tuam erga me testificaris sæpe beniuolētiā. Postremo uero q̄ te īcolumē esse ītellexi. Qua in re id quoqꝫ animaduertendū q̄ tres miminimus cōiunctiōes recto atqꝫ usitato ordie quæ sunt enim autem uero. Sed tu ipse hæc omnia ac multo etiam plura cognoris: si Ciceronis scripta & imprimis eius epistolas lectitabis.

Memoriæ proditum est significat scriptum est multa enim talia ornatissime usurpantur: uariis tamen significationibus: ut memoriæ tradere mandare litteris: mādare scriptis mādare litterarꝫ monumentis: idem fere significant. Sed mādare memoriæ aliud sibi uelle uester

Fallo uerbũ tritũ est apud Ciceronẽ: ut fallit me hæres dicitur: & fallit te spes. i. frustratur & decipit Missũ facere dimittere uenustũ & ornatũ est. nã missiam hanc rem facio idest dimitto. Ad hæc & in eadẽ oratione duæ hæ particulæ ne & quidẽ pulcherrime sunt. nã cũ ponũtur: aut aliud dictũ est: aut id mente cõcipitur: ut ne audiui quidẽ. i. nõ uidi nec audiui: Philosophiæ studia zeno nõ modo nõ intermittit: sed ne remittit quod Remittere nãq; philosophiã ẽ remissius philosophari.

Sed ea quoq; adhibẽda est diligẽtia: ut quando pluri ma ponimus: præsertim sine copula: qui articulus est: ut si idẽ significare uideãtur: quod uehemẽtius semper collocetur in calce ut tua uirtus laudãda ꝓbãdaq; est. Probare enim est magis. quod fit animi iudicio.

Magistratus diligere amare. colere debemus ꝓbatissimos uiros homies ueretur: obseruãt: admirãtur: quæ turpia: obscœna: fœda: tetra sunt: ea fugere. & aspnari debemus. Virtus officii summa laus ẽ. nã habet officium accessionẽ actionis: sed in his quoq; ordo quidam spectandus est. quod si tria sint: quorum duo partẽ aliquam signant: tertium sit commune. id profecto debet plærunq; in fine collocari: nisi se habuerit quodam generis modo. tunc enim contra fit quod nũc liquido ac perspicue patefecero: ac prioris exemplũ est. Omnis in adipiscẽda uirtute cura: opera: diligẽtia ponẽda est. Est enim cura solius animi: opera corporis: diligẽtia utrũq; cõplectit. Itẽ plurimũ in rẽpub. idustriæ laboris tpis ponẽdũ ẽ. amicos cõsilio. uiribus. opa adiuuare debemus

18

Alterius uero exempla sunt: non sunt per se res cõmo/
dæ expetendæ: diuitiæ: uoluptates honores commodo
enim generis locum detinet cuius species sunt multæ:
puta quas modo memorauimus atq; itẽ animalia quæ
que homines. equi. leones bonum uidentur appetere:
sed utcũq; sese res habent. si multa sint. quod pluris est
poni debet in fine. Iam uero ad alia.

Multotiens geminatio in quibusdam tam uerbis in
finitis quam aduerbiis tanti ualet. quanti id nomen si/
mul & cunque. ut Quisquis pro quicũq;: quotquot. ꝓ
quotcunq; quantusqnantus. pro quantuscũq;. qualis/
qualis pro qualiscũq;: utut pro utcunq;. ubiubi ꝓ ubi/
cunq; & id a suerte diligeutius.

Accedit pro ãdditur tam usitatum quã pulchrum ui
deri solet unde accessio additionem designat igit᷑ acce/
dit ad meas miserias dolor. idest additur.

Cõfido alias datiuo alias ablatiuo casui iũgit᷑ & ĩ his
potissimũ uersat᷑. quẽadmodũ spectãt: ut confido tua
humanitate. tuo consilio & reliqua eiusmodi.

Credo quoq; pro committo ornaiissimum est: ut cre
do tibi mea consilia. credo tibi grandem pecuniam. nã
grande adiectiuum probe uel ætati conuenit. uel pecu/
niæ: exemplum supra posuimus. Sed hic grandior Ne
store uidetur. uidetur q̄ Nestorem antecedat ætate. &
hic est grandis natu. grãdissimus natu. significat longæ
uum hominem atq; admodum senem.

Et quia de natu mẽtio facta ẽ maior natu ornatissime
significat seniorẽ sicut minor natu significat iuniorem.

Insuper haud illepida fit interposita nõnunq̄ in ora
tione atq; interiecta parenthesis: ut Dedisti ad me quæ
mea est summa uoluptas: suauissimas litteras. Omnes
amicos: nisi fallor: plurimum admiraris. Scire uelim ex
te: ea nanq; amicorum est consuetudo: quid nuper in. M.
Antonii causa egeris. & ita demum postulãtem nostrã
orationem eiusmodi iterpositionibus aspergamus.
Hæc res apud me increbuit: fere significat ad aures per
uenit: & notitiam rei significat.

Nescio hãc rẽ ignoro: me præterit: me fugit: me latet
huius rei nescius sũ ignarus sũ hæc res sciam nostrã fugi

Hoc restat: hoc reliquũ est ppulchre & magno cum
ornatu idẽ significat. exemplũ est: Oĩa tibi & natura &
fortuna tribuit: reliquũ ẽ. ut bene & laudabiliter uiuas.

Rumor ẽ & uulgo dr̃: & cõiter dicit̃: ornatus sermo ẽ

Accipere pro audire & cognoscere peruenuste dicit̃:
ut accepi rumoribus: quorum incertus est auctor: ut ac
cepi hominum fama: quæ certo continetur auctore: ac
cepi nunciis quos nuncius: & qui mittitur affert. Acce
pi litteris quas ab amicis plærunq; accepimus: & aliis
item in consimilibus.

Pro nominibus articularibus demonstratiuis con/
sueuerunt oratores addere ce dictionem in his casibus
qui in es desinũt euphoniæ causa: ut hisce hosce hasce:
p his hos & has.

Sæpe præpositio q̄ præpõi solet postponit̃: & signifi
cãtia eadẽ manet: i qbusdã semp. quæ sũt mecũ tecũ se
cũ nobiscũ uobiscũ. i quibusdã nõ sp: ut qui/

19

cum quocum quibuscum. Te propter ac propter te idē significat: & sic quibuscum idest cum quibus: & in his potissimum ea præpositionum translatio: fit: quæ modo enumerauimus.

Clam plærunque præpositio est: & non nunquā aduerbiū. Sed oratores præpositionē potius accipiūt: siue iūgatur ablatiuo: ut uti Priscianus sētit: siue accusatiuo ꝙ opinat̄ Donatus: ut clā me ꝓfectus ē. i. me nesciēte

Coram cum accentu in prima syllaba præpositio est & quid significet nemo est quid nesciat. cū accētu ī ultīa syllaba aduerbium pulcherrimum est significans: ut ita dixerim: præsentialiter quo frequētissime docti uiri utūtur ut apud. M. Ciceronē. Cupio tecum corā iocari: & coram tecū loqui. Multa aduerbia in I exeuntia etiā in ipsis epistolis pulcherrima sunt: sed hæc imprimis ruri: uesperi belli: domi. Multa item ī o ut sero: serio: cōsulto postremo modo falso: merito: præcario: cætera uero in eodē exitu desinētia: haud in frequenti sunt oratoꝝ usu In. V pauca inueniunt̄. ut diu cuius manifesta significātia ē. Interdiu quod quasi ē ifra medii diei tēpus. & noctu ꝓ nocte: qd magis nomē ē. ūde die noctuq; dicimus

Nullus nulla nullū nōnūquā ꝓ nō præserti cū sū es ē uerbo adiūcto: ut nullus sum: īterii. Respu. nulla est ꝗsi nō est: & extincta est idq; etiā ornatissimū fuerit.

Præsto sum significat adsum: & sæpe: & fere appareo & sic idē aduerbiū eiusdē uerbi modis omnibus ac tēporibus præuenuste cōnectit̄ ī eadē quā modo posuimus significantia, ut præsto mihi fuit seruus tuus urbem

ingredienti.

Licet me esse bonum uirum. & licet mihi bono uiro esse utrunq; latine atq; usitate dicatur. sed id posterius magis oratorium est.

Perpetuo & imperpetuum aduerbialiter pro eodem: & eis frequenter utimur.

Deuincio uerbũ cũ pulcherrimũ ẽ tum præcipue epistolis cógruit. significat enĩ deuincio obligor: & deuinctus sũ obligatus sũ. sicut & sæpe obnoxius: quod non solũ trito more significat: quod noxiũ ẽ sed etiã deuictũ

Collocare apud aliquẽ beneficiũ: est alicui beneficiũ facere. ut apud gratos uiros beneficium collocasti.

Gratitificor tibi hanc rem præclare usurpatur:

Et indulgeo uerbum est sane aptissimũ & splendidi ornatus quod & datiuo iũgit. & ferme significat do operã: atq; ita exponit. ut hic nimio sóno idulget. i. nimis dormit. nimio cibo idulget. i. nimis comedit. nimio uino idulget idest nimis bibit. & d̃ reliquis cõsimili pacto Indulgere est quasi cócedere: & est uerbũ quandã designans clemẽtiã. & idulgẽtẽ parẽtẽ appellamus leuiore erga filios igenio. quod ab ignosco plurimũ differt. Liuius i prio ab urbe cõdita. Est. n. ignosco. pco do uenĩã siue excusatũ hẽo. Ignosco tibi igit' siquid exẽpli gratia admiseris sceleris Indulgeo uero ut multa agere ipune neq; as quorũ uerborũ discrimẽ diligẽtissie cõsiderãdũ ẽ.

Tãtus tãta tãtũ & quãtus quãta quãtũ eo modo se habẽt ĩ oratione: ut raro alterũ absq; altero ponatur ut contio hæc tãta ẽ quãta ante hac unquam fuit. Tribuis

20

mihi tamẽ. quãtũ nec agnosco nec postulo: Tãtũ ĩ te est doctrinæ: qtũ doctissimo solet iesse uiro & ita de reliquis.

Talis & qualis alterutrum celeberrime ponitur. raro utrũq;. Talem solemus sentire bonũ uirum: & subintelligimus qualẽ dicimus econtrario. Orator est illustris: q̃lis alter nullus reperiatur. Verũ de his satis.

Vel pro ẽt particula multis in locis rectissime cõgruit. ut Hannibal fuit impator uel omniũ primus Tua e ĩ mia uirtus ut te amem uel maxime impellit.

Versor uerbũ in frequẽtissimo est ueterꝝ ac disertorũ hominũ usu pdiffusa cꝫ est eius uerbi significãtia ac uariis potest deniq; rationibus exponi ut ego uerso in litteraꝝ studio id est do operã litteraꝝ studio Virtus circa difficile uersatur est uirtus in difficili cõsistit. Versamur in tenebris est fere sumus ac uiuimus & q̃si stamus in tenebris: & cꝫ est exẽplis supioribus declaratũ duos sibi plærũq; ac frequẽtius casus postulat Nã aut accusatiuo iũgitur præposita circa aut ablatiuo ĩ præcedẽte quõiã ãte sũdũ uersari & ad portã uersabat' praro dicta sũt. Sed quẽadmodũ cæteris rebus omnibus ita huic quoque summa adhibenda est diligentia.

Nõnũq̃ duæ pticulæ ornatissime cõiũgũt' quaꝝ eadẽ sit utriusq; significatio ut. n. uero nã ꝓ expellẽda sẽtẽtia altera dũtaxat sufficere poterat: & similiter sinant sæpe dicimus causa explẽdæ sẽtẽtiæ eo in loco pticula autẽ nullam omnino uim habet. Sin enim significat sed si. Quoad ꝓ quousq; & ꝓ q̃do nõ mino ornate põit' q̃ latĩe ut uolo ĩ urbe esse quoad tu redeas & ita de similibus.

Suſcipere nõ ſolũ:quod tritũ uulgatũq; eſt: ſupra ſe accipere:& quodãmõ adducere aliqd:ſed etiã pomare: ĩ epiſtolis cõmẽdatũ habere.ut ſic ſuſcipe Gaiũ Cæſarẽ ĩ ſuis rebus aduerſis quæ utiq; poſtrema ſignificatio aut quaquã ſiquis ĩſpiciat accuratius a priore illa aliena eſt Optima illa quoq; oratio ẽ.ut poſitiuo cuipiã adiũcta negatio:cõtrarii poſitiui uim ac ſignificationẽ teneat: ſed nõ ita plene tamẽ & cumulate illã expleat cuius rei exẽpla ſubiiciã.Hic uir ẽ haud ĩprobus.ſignificat enim fere hũc hominẽ probũ potius quã ĩprobũ eſſe habẽdũ & ſic philoſophus haud ignobilis: Hiſtrio nõ illepidus Miles nõ ĩſtrenuus.Ciuis haud quaquã malus.Nam ĩ his corũq; ſimilibus rectius atq; uſitatius dicit':quãuis laudis cuiuſdã ẽ:ſed quaſi diminutæ & fraudatæ laudis

Quod grammatici frequenter dicunt: peto te hanc rem ornatius nec minus latine dici poteſt:peto a te hãc rem:id plurimum Cicero in epiſtolis conſueuit.

Conficior paſſiua uoce crebro uſitatum eſt.ꝙ eo fere quod eſt pereo:& confectus ſum.i.cõſumptus ut uir in ops ac miſer fame:frigore:dolore cõficitur:& ſic amnis æſtate æſtu conficitur.atq; mœrore labore:ſenio confectus.& de aliis permultis itidem.

Ablatiui caſus non participiorum ſolum:uerum & nominum aliorum in oratione perconcinne ponuntur:præſertim ſiqua fuerit ſignificatio temporis.& de participiis quidem manifeſtum eſt.ut regnante Octauiano Cæſare:parta eſt uniuerſo orbi pax.quaſi qua tempeſtate regnabat Octauianus Ceſar:& alia Dio-

21

nysio siracusis tyrannide gerēte: grauissima ī sicilia be la sūt gesta. i. quo tpe siracusanoꝝ Dionysius tyrannus erat: sed eodē quoq; modo alia quædā hic habēt nomīa maxīe uero si dignitatū atq; honoꝝ extiterit: ut Cornelio & Galba ædilibus currulibus actæ ī theatro fabulæ sunt. Quidā addūt participiū existētibus: sed nos ꝓbamus: quod ad uenustatē orationis ptinet addi oportere. Et itē Scipiōe cōsule peni deuicti sunt: Scipiōe īperatore euersa ē numātia. & reliqua eiusmodi pariter.

Licet tā grāmatice q̄ oratorie genitiuos quorūcūq; casualium cū possessiuis quocūq; casu ꝑlatis cōiūgere quod & Priscianus tradit: ut mea causa uenit & cæterorū amicoꝝ. Meū agrū & M. Antonii populati sunt. Tuo amico ac fratris gratificare. Tuū imperatorē sectare & cōmilitonū. O noster & fratris amice. Sua ille cōfidit & ciuiū prudētia. Atq; ita figuratur cōstructio ī omnibus possessiuis. hinc Terentianū illud: Præsidio meo atq; hospitis. idq; penitus inspiciēdū sit. Quin etiā discretionis seu abundātiæ cuiusdā gratia solet addi cum genitiuo possessoris & nomiatiuus possessiuus suus. Vt suus est. G. Cæsaris mos: idest eius mos & non alterius est. Suus Titii filius hæres testamento cōstitutus oē. Suus ut ipse quoq; priscianus exponit ad discretionē eius qui secūdū leges suus nō est: idest sub potestate patris legitimi nō est. Suus autē ꝓ uniuscuiusq; ꝓprio accipit: quod ipsum apud uiros etiam eloquentissimos frequens est.

De quarta: tu Nonius Marcellus testis est & dic

quarto: non idē significānt: sed masculino genere præte ritum designatur tempus: fœminino futurū qđ uetustis simi tamē aliter protulerunt: ut sit die quarto ꝓ eo qđ a/ liter nudiusquartus dicit̃: nudiustertius & itidē de aliis

Tua causa feci & tui causa feci: ne præter ueterum ac doctorū cōsuetudinē aliquid efficiamus iter sese aut me dioci iter discernunt̃. Nā tui causa tunc dicimus: siquid ei ad quē sermonē uertimus præstiterimus: ut tui causa ad Antonii castra ꝓfectus sum quod ē tuēdi tui gratia: Sed tua cā: quū tua: ut ita dixeri: cōtēplatiōe aliquid al teri præstiterimus ut tua cā fratris. tui cā egi. Et quia ali quid de iis: quæ ad possessionem spectāt. locuti sumus. haud ab te fuerit differentiā cā ꝓferre ĩ mediū: quæ ĩter genitiuos ē primitiui & possessiui mei: tui sui nr̃i & ur̃i. quā tamē Priscianus pulcherrie attigit. Vox nāq; eadē ē. at uis ipsa lōge diuersa. quū genitiuus primitiui sim/ plicē significat possessionē. possessiui uero duplicē. ut mei amicus ē idest meus amicus sed mei filii amicus du plicē habet possessionē alterā meā in filio: alterā filii in a mico quod eo subiicimus: ne quū ornatū ĩquirimus uer borū uim ignoremus ipsam atq; ĩ errorē quēpiā impru dentes incidamus. Sed instituta prosequamur.

Hæc res mihi in mentem uenit. dicitur & cum geniti/ uo huius rei mihi in mentem uenit nec mihi curæ est an ꝓ nominatiuo genitiuus positus sit: utrūq; uero nō solū poetæ sed etiā. M. Cicero usurpauit. Orator s jcicut & poetæ p̃sæpe & præsentibus tēporibus utunt̃ ꝓ præteri tis nōnūquā & pro futuris: uerū id quidē multo rarius:

22

ed econtrario aut crebro fit: nisi forte in quam uerbum quod futuri temporis est: præteriti loco uel præsentis ac cipiamus. Sed multa quæ super his dici possunt: in ali ud potius: tempus seruamus. Similis & Plenus no/ mina: quorum prius etiam datiuo iungitur: posterius etiam ablatiuo: oratores ut plurimum ac fere semper genitiuo coniungunt: ut Similis est tuorum maiorum dignitatis: officii plenus. nonnunquam uero sed per ra ro proferuntur cun superioribus casibus.

Sæpenumero maioris significantiæ causa uel orna/ tissime imparatiuis subiunctiua iunguntur. quid Cice/ ro efficere sæpe solebat quale est illud. Cura ut uir sis: & alio in loco scribens ad filiũ Effice & labora: ut excellas

Decurritur spacium. Cœnatur rombus. Prandetur turtur consimilia pulcherrime dicuntur. atq; sicut abso luta interdum uerba obliquis casibus adiunguntur. Ita transitiua quoque licet nonnunquam non solum pro grãmaticorum more: sed etiam pro oratorum consue/ tudine absolute ꝓferre: præsertim uero: si quas sui passio cũ actiõe ipsa significatur. qualia sũt amo: lugeo: rideo: metuo. quæ tamẽ trãsitiua sũt: tũc absolute ꝓferuntur.

Quæ in bundus exeunt nomina: non tam similitu/ dinem significant: quid plæriq; arbitrantur: qnã abun dantiam quandam potius ac uehementiam. ut gloria bundus non tam glorianti similis: quã abunde sese ue/ hementerq; efferens: quam opinionem eloquentium. ac eruditissimorũ hominũ ubiq; testimoniis cõprobatã tu quoq; firmiter amplectere. Nam ut omittam a lio

A. Gellius probatissimus auctor ex sentētia quoque do ctissimi Apollinaris: lætabundus dicitur inquit qui lon go atq; abūdanti in errore est: & tu quoque ita iisdē ute re nominibus. Fretus ta tam incertæ originis & ablati uo iūctum pulcherrimum est: & significat fere confisum ac munitum: ut uestra humanitate fretus: uestra fretus sapientia. non mea uirtute fretus.

Certiorē facere usitate atq; frequēter i epistolis usur pāt: Nā facio te hac de re certiorē: est tibi significo hanc rē. ut sæpissime ueli me de tua ualitudie facias certiorē

Habeo uaria constructione figuratum: plurimum or natus habet: ut bene hæc res se habet: quod est fere: ut ita dicam: stat bene hæc res: & ita bene habeo me: & cū participiis bene me habens redeo rure. & contrarium ad uerbium similiter ei uerbo iungitur. quod est male.

Participia sæpenumero futuri temporis ornatissi me usurpantur: ut scripturus sum ad Scipionem litteras quod est fere debeo scribere: & alia. Tu ad ædes Crassi iturus es: quasi ire debes. Cicero est athenas ꝓfecturus debet athenas proficisci. Plancus in cyprū traiecturus est fere nauigare debet in cyprū: quod iccirco ita expo suimus: quoniā is ꝓprie nauigare: is trāsmittere: is sol uere eū locū significat: ūde ꝓficiscimur is demū traiicere dicitur: ꝙ calcē designat: qui rate uehit. Cicero soluit a thenis. & in asiā traiecit. uerū ad ꝓpositū redeundū est.

Illa igitur participia quæ a uerbis passiuis manāt & passiue quoq; exponi debent. ut cuius insons animus ē ulctādns nó est. i. mulctari & puniri nó debet. d

Sontes accusandi sunt id est accusari debent. Vir flagitiosus trudēdus ē in carcerē. cōiiciēdus ī uincula. & alia reliq exponātur: ut supra diximus. Nec tamē negauerī quin eorūdē participioꝝ alia quoq; ratio sit. Sed ea nos mō ꝓsequmur in præsētiaꝝ: q̄ uenustius eloquiū reddūt.

Quid repeto nōne pulchre ponitur: si quid ei accesserit: neq; accusatiuus solū casus: sed etiā ablatiuus: ut Repeto hāc rē memoria: qd nō teneo memoria significat: ut ꝑmulti existimāt: sed potius memoria uoluto: reminiscor: & q̄si obliuiōi traditā rursū inuestigo memoria. hoc nos uti uerbo ornatissime poterimus: quoniā eodē & ueteres eloquētissimi frequēter usi sūt. Hic illud Cicerōis ī libro de oratore. Cogitāti mihi & memoria uetera repetēti: & Africanus a Menio accusatus tribuno plebis: q, ab Antiocho pecuniā accepisset: cōmodissime eo uerbo usus: memoria īqt. quirites repeto hūc diē hodiernū esse: quo Hānibalē penū inimicissimū huic īpio uici ī terra africa: & pacē nobis ac uictoriā peperi inseparabilē uerū captus ingēti uoluptate lōgius in africā uerbis referendis ꝓgressus sum.

Quāobrem ad nostrū institutū se referat oratio.

Optimū factu fuerit ne iisdē aut modis orōnis aut uerbis utamur. & qd initio diximus uaria plurimū ꝓbatur orō: & si ueluti q̄busdā flosculis aspgit: ut ꝓ mori dicem obire mortē appetere. aīam expirare. uita decedere: uel excedere uita: aīam efflare: uita defugi rebus hūanis: excedere: ex uita migrare: res deserere hūanas: exire d̄ uita mortē obire: iterire: occidere: & cōsimiliaq;. & itē ꝓ uiue

re: uiuere uitã: uitã agere: degere ætatẽ. & ne singular cũcta cõplectar. illud quoq; hoc in loco animaduertendum sit: ꝙ sicut sæpe dicimus ludo ludum: pugno pugnam: seruio seruitutem: doleo dolorem: & similia: ita & interdum uiuo uitam: uiuo felicem seu miseram uitam: ut si quis dixerit. qui expeditam uirtutem fuerint consectati: hi uiuent beatam atq; immortalem uitam & qui præclarum certamen certauerit: amplissimis muneribus donabitur. Et quid de uariis dicimus orationis modis: id ipsum de singulis partibus intelligendum sit: ut pro oro: rogo. præcor. obsecro. obtestor. pro quasi pene. ferme. fere. & alia tuipse coniecta.

Id genus pro eius generis: quod fere simile nomen exprimit: pulchre & usitate dicitur. multa sunt id genus monstra: de multis id genus rebus loquũtur quod est similibus. & ita in aliis.

Ex sentẽtia quasi secũdũ uoluntatẽ: & ꝓspere. ut gesta res. ẽ ex sentẽtia: quod est prout optabã. & id tibi euenit ex sententia. & multis in locis consimiliter.

Inferre iniuriã: quasi iniuriã facere. Manus iferre alicui: est aliquẽ pulsare. Impetũ in quẽpiã facere est ferire cũ impetu quempiã. & quasi ui adoriri: & irruere.

Dare ueniã pulcherimũ ẽ ignoscer & licẽtiã cõcedere

Ab initio ætatis habui te amicũ. a teneris ãnis a paruulo: a primis ætatis tẽporibus: a teneris: ut græci dicunt unguiculis a cunabulis ipsis aicitia mihi tecũ ẽ. & huiusmõi: liuius ætas pulcherrie adolescẽtiã significat.

Ferire fœdus: optie atq; optimus causis & d i i

24

fecialiũ cõsuetudine significat fœdus cõponere: ut pſæ/
pe ictũ seu pcussum fœdus ẽ cõstitutũ & cõpositum.

Est mihi nomẽ Scipioni. Scipioni cognomẽ Africa
no fuit. Cui Pago troiano nomẽ erat & sic đ reliquis da
tiuo casu pusitate dicit: ac pulcherrime quæ eodẽ & ali
is quoq; modis dicũtur. sed frequẽtius modos supiores
apud eloquentes & doctos uiros inuenies.

Quũ tritũ uerbũ uolumus ostẽdere: & quod i ore po
puli ẽ: utimur uel ĩpsonali Fert: uel personali uerbo aiũt
& nõnũquã dicit: & ut præponimus exẽpla sunt huius
modi. Nã sirenes ut aiunt. surda debemus aure transire
& item nam ita fert: ut nusquã tuta sit fides. item mini
me turpe est. qđ dicitur tumultuãtem de gradu eiici.

Nõnũquã & ita dicimus: noctem sup mediã uigila/
uimus. qđ est ultra mediã noctẽ idq; & Seruius ipse te/
stat: & quorũdam ueterum comprobat auctoritas.

Cõtra sermonẽ tuũ tendo: ẽ respondeo tibi: sicut &
tendo contra iter est tibi occurro: sed hoc aut in frequen
ti usu oratorum inuenies.

Macte magis aucte & gloriæ ac laudis sermo: & ple
rũq; ablτõ iungit: ut macte uirtute esto. idq; & poetæ
usurpãt & scriptores historiaꝝ. & demũ oratores ipsi: q
sermo ut multi eruditissimi tradũt. a sacris deductus ẽ.
Quotiens alicuius explicaturi sumus siue genus seu lo
cum: gentile ac patrium nomen effingimus. quod qui
secus effecerit: fortasse haud latine locutus sit: sed ille/
pide penitus atq; indecore: ut qui fuerit a Syracusis ori
undus: nõ de Syracusis dicendus: sed Syracusanus est.

non de athenis: sed atheniẽsis. non de Clusio: sed clusi
nus. atq; in generibus & familiis nõ de cũ ablatiuo uti
mur: ut multi: sed inde nomẽ efficimus. ut nõ de Scau
ris sed Scaurus: nõ de Gracchis: sed Gracchus. non de
Catulis: sed Catulus. nõ de Dattis: sed Dattus. quam
quidẽ ad rẽ id merito afferẽdũ sit: quod Plinius ipse aie
bat: q derivationes firmas nõ habẽt regulas: sed exeũt
terminanturq; uti ipsis auctoribus placet: sicut a tauro
taureũ & taurinũ dicimus: & quos nos Romanos dici
mus dicũt græci Romeos. quos nos Carthaginẽses: il
li carchidonios. Sed i ensis i us atq; i as: quæ ad loca p
tinẽt: frequẽtiores terminatiões sũt: ut albanensis: cre
monẽsis: clusinus: lacedæmonius: mithylænus: thæbe
us: corinthius: syracusanus: thebanus: arpinas: & farsi
nas. alii quoq; sũt eorũdẽ nominũ exitus. sed hi frequẽ
tiore usu celebrant. qd idẽ in qbusdã aliis fit: quæ neq;
a generis nõibus fluxere. neq; loci ullius: ut Terẽtianus
chremes pdichius Hercules Platonicus Gyges: Socra
ticus gorgias: quæ omnia a ppriis pfecta sunt atq; ori
ginem traxere: sed quæ alia hac de re dici possunt tu ip
se cogitatione complectere.

Conor hãc rẽ optime ac uenuste dicimus præsertim
si difficilior sit & ardua: quo pacto Cicero sæpe utebat:
ut de pfecto oratore. Magnũ opus & arduũ: arduũ bru
te conamur et studeo si quid studiosius effecturi sumus
Etiã accusatiuo pulcherrime iũgit: desydero uerũ pul
cherrime positũ. Nã quũ desyderiũ sit absentiũ rex: sæ
pe dicimus desydero amorẽ tuũ. i. tu non me

25

amas desidero prudẽtiã tuã q̃si sis ĩspiciẽs & ita de aliis

Cõplector ꝑdiffusum est atq; ornatũ uerbum præsertim uero aliquibus additis hac ratione: ut te amore atq; beniuolentia complector. quod est te amo. Cogitatione complector: quod est cogito: & idest animi. sic complector re est facultate consequor & est rei ipsius.

Illud ignorãdum non est: q̈ gerũdius modus ab omni uerbo similiter ꝓcreatur. si quando nobis eo opus foret: ut cantãdo rumpit̃ anguis: ẽ. n. ut ait Seruius dum cantat̃. & alio ĩ loco actiue dictũ ẽ ut cãtãdo tu illũ rumpis. i. dũ cãtas id efficere oratores atq; usurpare queũt.

Putãt nõnulli nil ĩteresse siq̈s dixerit quarto prætor: & quartũ prætor: & sic d̃ cæteris. sed magna ẽ differẽtia ut. M. Varro testis ẽ: nã quarto prætor locũ significat: & tres ante factos. q̃rtũ uero prætor designat tẽpus Caue igit̃ diligẽter: ne ꝑperã hisce utaris ratiõibus: nequid cõtra ueteꝝ atq; eloquẽtiũ morẽ cõsuetudinemq; faciamus: quia tertiũ cõsul ac tertio cõsul nõ idẽ significant.

Sed ne plura iã sequar. nã ĩfinite pene huiusmõi præcipi solẽt. Id tene memoria: q̈ nõ rure esse: sed ruri dicimus: q̃d tũ Põ. Festus affirmat. tũ. P. Terẽtius cõprobat: ait. n. Ruri se cõtinebat. q̃obrẽ siqua iã reliqua sunt paucis expediamus. Nã quũ ꝓ cõficiẽdis epistolis. hæc potissimũ attingerimus. si salutat omnis formulã & calendaꝝ. iduũ nonarũq; obseruationẽ patefecerim. iure huic paruo ĩstituto finem ac modum statuemus.

Vale igitur ac Salue uerba. M. Varronis & omnium doctissimoꝝ sciẽtia idẽ significare uidẽtur. quibus nos

alias in salutãdo. alias in execrãdo utimur ex quo & terentianũ illud ẽ. Valeant qui inter nos dissidiũ quærũt ac mortuis quoq; qui mortaliũ uita decesserũt quibus nullã huiusce lucis salutẽ optare possumus nonnũquã uale dicimus & ueteres ipsi quõdã iisdẽ idẽ uerbũ ꝑ more dicebãt quasi nil amplius sibi uiuẽtibus cũ mortuis futuꝝ esset: & i ꝑpetuũ ab eoꝝ uiam aspectu discederẽt nã neque ualent illi neq; salui esse possunt ob eandẽ rẽ addunt nõnulli bene aduerbiũ fœliciterue & si qua sũt eiusdẽ modi significãtiæ, uerũtamẽ in epistolis ipsis. Plerũq; enim ad amicos mittimus uale in fine dicere consueuimus absq; ulla aduerbii accessione perinde atq; animi eis uitæ salutem ac felicitatem exoptamus:

Quid igitur uale si quærat quo ue pacto utendũ sit nostri pro saluto autẽ nos dicimus salutẽ dico & quem salutari cupimus datiuo casui aptissime posuerimus ut uale & Cæsari dic salutẽ. Alia quoq; erit salutãdi ratio ut iube. Scipionẽ saluere quod ẽ Scipionẽ saluta. Nam his modus uim quãdã desiderii cõtinet: & ꝑ antiquorũ cõsuetudine ifinitus modus i aliũ trãsit ut Iubeo te saluere idest salue Iubeo te gaudere Pro gaude. Quod uero alii ex mea parte dicunt multo quidem ornatius uel meo nomine uel meis uerbis.

Quotam autem cuiusque mensis diem uolemus intelligi calendis nonis idibusue notamus neque quid illæ sibi uelint explicari nunc᷒ consilium est. Sed quo pacto singulorum mensium dies ab eis annotationem suscipiunt. Quamobrem intelligendum

26

primis & primos cuiusq; mẽsis dies calẽdarum appellatio ne nota: i: secũdũ quas nonarum dies cõstituũt sũt: & i aliis q̃dẽ mẽsibus sexta luce Martio Maio Iulio Octobri. In aliis aũt q̃rta. Ianuario Februario Aprili Iunio Augusto Septẽbri Nouẽbri & Decẽbri. Atq; oẽs hi dies q iter calẽdas & nonas itercesserit. nonarum cognoĩatiõe cẽsent: ubi & nũerum meminerimus: ac nonas ipsas & calendas ablatiuo casu constituimus: has accusatiuo: sed iter numerãdũ & præpostero utemur ordĩe & nonarum diẽ cõnumerabimus. At nonis exactis ꝓxios octo dies. idq; ĩ quo mẽse. similiter & iduũ cognoĩatiõe significabimus sed pari rõe. cũ ordinis: tũ ãnumeratiõis reliq̃s uero eius mẽsis quot supfuerit dies calẽdarum appellatione uocabimus: q̃ futuri ac ꝓximi sit mẽsis: neq; ordinis neq; ãnumeratiõis rõne ĩmutata. atq; id omne exẽplo illustrãdũ est: cuius curriculũ uno ac trigesimo die cõficitur.

¶ Prima itaq; dies Calendæ erunt Martii.

Secunda	Sexto nonas martii.
Tertia	Quinto nonas martii.
Quarta	Quarto nonas martii.
Quinta	Tertio nonas martii.
Sexta	nõ secundo nonas dicitur: sed pridie nonas: & ita in idibus atq; calendis.
Septima die	Nonæ erunt martii.
Octaua	Octauo idus martii.
Nona	Septimo idus martii.
Decima	Sexto idus martii.
Vndecima	Quinto idus martii.

Duodecima Quarto idus martii.
Tertiadecima Tertio idus martii.
Quartadecima Pridie idus martii.
Quintadecima Idus erunt martii.
Sextadecima septimodecimo calendas apriles: quoniã is mensis proximus consequitur.
Decimaoctaua Quitodecimo calendas apriles.
Decimanona Quartodecio calendas apriles.
Vigesima Tertiodecimo calendas apriles
Vigesimaprima Duodecimo calendas apriles.
Vigesimasecunda Vndecimo calendas apriles.
Vigesimatertia Decimo calendas apriles.
Vigesimaquarta Nono calendas apriles.
Vigesimaquinta Octauo calendas apriles.
Vigesimasexta Septimo calendas apriles.
Vigesimaseptima Sexto calendas apriles.
Vigesimaoctaua Quinto calendas apriles.
Vigesimanona Quarto calendas apriles.
Trigesima Tertio calendas apriles.
Trigesima prima & nouissima pridie calẽdas apriles & in cæteris omnibus eadẽ seruãda ẽ ratio. Dierũ autẽ numerus haud te lateat: qui ĩ prõptu ẽ oĩbus. Pridie autẽ calẽdas. pridie nonas. pridie idus dicit & significatur quod uetustissimi dicebãt die pristini ꝑ aduerbio quod significat die pristino: sicut & puetusto more die crastini & die quĩti & die quĩto similiter ꝑ aduerbio. Verum nos priscã nimis & horridiorẽ uetustatẽ ubiq; fugere ac uitare debemus: ut bene & præclare Cæsar præcipere lo

27

ebat tãq̃ scopulũ sic fugiẽdũ esse inauditũ atq; insolens uerbũ. Pro genetiuis autẽ mẽsium rectius possessiua sũ xerimus nomina: ut pro calẽdis martii calẽdas martias dixerimus: & ita apriles maias iunias iulias. aut quinti/les: augustas sep[t]ẽbres. & ita ianuarias & februarias.

Quod autẽ in calẽdis nonis. idibusq; ablatiuo iungimus. idẽ possumus in actũ trãsferre: & ad præponere sed id significat tempus fere diutnrnũ. ut decimo calendas februarias dedisti ad me litteras. ego uero ad octa/uas Idus ianuarias ad te scripserã. habet enim uim tem/poris uehementer hoc posterius.

Ne igit[ur] plura scribã. hæc mihi in præsẽtiarũ sese obtu lerũt quæ annotatu digniora uisa sunt: quæq; tibi multo plus fortasse cõducent. q̃ illorũ præceptiones qui easdem & epistolis & orationibus partes tribuũt. quorũ penitus eripiendus est error: atq; ita sentiẽdum ut in litte/ris ipsis apte: cõcinne: lucideq; scribamus. ac nostrã sententiã atq; mentẽ q̃cõmodissime aperiamus. Quod cũ hæc diligẽter tenueris: ex infinito pene harũ rerum numero alia quædam non minus fortasse utilia sed multo grauiora subnectã. Quãobrẽ ut cupidissime facis: stu/dia litterarum complectere: & quæ indies assequere: ad exercitationem accomoda. Vale.

.FINIS.

Expliciunt elegantiolæ Augustini Datti.



28

